et obligationis, mobilibus et immobilibus, quo elapso solvi pro
tempore ibidem assignatur, inscriptum et assecuratum, totaliter et ple-
nariter satisfecit, et eidem eandem summam persolvit, ob quam quidem suf-
ficientem de praenominata summa satisfactionem, eundem praenominatum
Quosdam Joannem Thomam Drohoiowski Capitaneum Premisliensem, qui-
etat, ac immunem perpetuo pronuntiat, inscriptionemque praefatam super e-
iusmodi summa servientem, cum omnibus conditionibus, punctis, clausulis et ar-
ticulis, ligamentisque quibusvis, tam in toto, quam in minima parte, cassat
mortificat, annihilat, obliterat, si et suis pro iis, rem praemissorum
perpetuum et eviternum imponens silentium, praesentis recognitionis quittantiae.

Capitaneus tt. Castellano Premisliensi

Comparens personaliter coram officio cui praesidebat Quosdam Attilius
Zuthoslawski Gladiffer terrae vice capitaneus, causarumque officii Ca-
stren Premisliensis Judex, Actisque praesentibus Castren Capitanealibus Pre-
misliensis. Quod Nobilis Joannes Thomas Drohoiowski a Drohoion Ca-
pitaneus Premisliensis. Recedens a pallatiatibus terris, dictis, Ju-
ribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis, et foro competenti renun-
tiavit, hinc ob praesentem Castren Premisliensem Jurisdictioni, se cum successoribus
bonisque suis omnibus hereditariis et obligationis, mobilibus et immobilibus
habitis et habendis, quo ad actum effectumque praesentis inscriptionis attinet
incorporavit, et subjicit, sanus mente et corpore exstans, sponte praesentem
pala, libere, ac per expressumque recognovit, Quia Magnifico Stani-
slao Drohoiowski a Drohoion Castellano Premisliensi et eius successoribus
summa Quinque Millium, Septingentorum, et Quadraginta quinque
florenorum et grossorum duodecim cum medio pecuniae, monetae et numeri polo-
nicalis, certi, veri, liquidi, atque essentialis debiti, sine mutuatione
pecuniae, tenetur et est debitus, Qua quidem summa, inscribit se
cum successoribus, in et super bonis suis omnibus, eidem praenominato Ca-
stellano Premisliensi, vel eius posteris, hinc pro die et festo Con-
versionis Sancti Pauli Apostoli, proxime in quo futuro venturum,
totaliter et plenarie, dare, persolvere, realiterque et in effectu circa
officium, et recta praesentia Castren Premisliensis, in Castro Premisliensi

exponere, reposita non exfidiembere, neque arrestare, sub vadio
similis summae, Quinque Millium, Septingentorum, et Quadraginta
quinque florenorum, et grossorum duodecim cum medio pecuniae communis, monete
polonicalis. Quod vadium in defectu persolutionis summae eius-
modi essentialis, pro die et tempore, in eadem inscriptione assignatur,
mox eadem die solutioni praefixae, nullo decreto cuiusvis Judicii, aut
officii actorum, solummodo virtute inscriptionis praesentis, in summam
essentialem, et Capitale debitum, vertitur Undecim Millium, Qua-
dringentorum, et Nonaginta florenorum, et grossorum viginti quinque
pecuniae communis, monetae polonicalis convertetur, Hoc idemque vadium
cum summa essentiali innuitur, In et super ipsius recognoscentis omnibus
bonis hereditariis et obligationis, mobilibus et immobilibus, habitis
et habendis, extendetur, extendique eo facto debebit, Inscribens
se Nihilominus, cum successoribus suis, in bonis suis omnibus supradictis,
praesentem Inscriptionem, ex his Actis, ad recta Terrestria Premisliensi,
ad decursum unius anni, transferre, et transportare, sub
vadio Quinque Millium, Septingentorum, et Quadraginta quinque
florenorum, et grossorum duodecim cum medio pecuniae communis, monetae polonicalis,
Pro quibus quidem vadio seu vadiis, ex quacumque re et causa
succubitur, et succumbens, Quoniam se praenominatus Quosdam Jo-
annes Thomas Drohoiowski a Drohoion Capitaneus Premisliensis, vel
eius successores, Eidem Magnifico Castellano Premisliensi, aut eius
posteris, Cittare permiserit, Totus coram Judicio Terrestri et Castren,
Leopoliensi, Premisliensi, et Sanocensi, sine etiam officio Castren Leo-
poliensi Premisliensi, et Sanocensi, a Pallatiatibus terris, dictis,
Juribusque suis quibusvis propriis, ac foro competenti recedens, et
illi Jurisdictioni se, successoresque suos, cum bonis suis omnibus, quo
ad rendendum et inscriptionem praesentem satisfacientem, subjicientem, ac pro
vadio seu vadiis, in primo, uti peremptorio Citationis termino,
stare, parere, rendere, sub alio simili vadio, ab illo Judicio, seu
officio non recedens, ac ipsa satisfacere, dictumque et condemnatum
pati, cum successoribus suis tenetur, Terminum ipsum primum, et alios
subsequentes, Nulla re exquisita, nec colore excogitato, neque indulto,

nec extinctum, vera vel simplici infirmitatibus, lucis et dictis quibusvis legalibus, lucis restitutionibus, bellis, Colloquijs generalibus et particularibus, Expeditione bellica, Incursu hostium, Cura pestifera, Servitio Reipublicae, et Sacrae Regiae Mtti, Statutis et Constitutionibus, laudat et laudavit, Evocatione de tua et Rectore, minorem nitteque Successorum, differendi prolongandi, atque se excipiendi, ad Rectionem mortificationique inscriptionis praesentis, ad Evictorem, Evictoresque sive munimen quaevis lucratoria. Tum et pro maiori, dictorum non recipiendi, poena trium Marcarum, et trium poena, solutionem praemissorum non evadendi, et decreto et decretis, tam in accessorio, quam principali negotijs, latis et promulgatis, nullas motiones cum appellationibus fatiendi, et interponendi, nec ad prosequendum easdem tam in dicem causae, quam partem accedendi, Et generaliter nil sibi cum successoribus suis, in auxilium, contra praesentem inscriptionem eiusque defectum recipiendi, Imo Controversijs, praescriptionibus, fatalijs iuris, legalibus quibusvis impedimentis, ac dictionibus generaliter universis, de iure et consuetudine dari, concedi et admitti solitis, Iuribusque et facti omnibus remedijs, et beneficijs se cum successoribus suis abrenuntiavit, sive et suorum successorum sub Commissione totius causae, vigore Iuritionum vadij et vadiorum, Quo vel quibus solutis, utique inscriptioni praesenti, et omnibus eius contentis, tantum quantum opus fuit, satisfacere cum successoribus suis tenebitur, nulla praescriptione terminorum in praemissis obstante.

Wilkanowski Petat Skorkowski

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitalibus
415 Premisliensibus, Nobilis Christophorus Wilkanowski, a tuis Actibus
Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus, recedendo
huic vero Iurisdictioni praesenti, praeterquam quo ad infrascripta attinet, plenarie incorporavit, meum et corpore sanus exutus, publice ultro per expressumque recognovit, Quia illi Nobilis Jacobus Skorkowski sufficienter persolvit, Quingentos florenos pecuniae, mon et numeri Polonicalis, Intercessa certa, inter eos. Et Tertium Quosque Chri-

stophorum Pilczki de Pilcza conscriptis, et Inscriptione Castrensi Lublinensi, per eundem Jacobum Skorkowski firmatis, et assecuratis solvi pro tempore ad huc futuro inscriptis, Ratione cuius eiusmodi summae solutionis, eundem praenominatum Jacobum Skorkowski et eius posteros praepetue, de ea ipsa summa Quietat, et liberum praepetue facit, Intercessaque ipsa, quo ad Interesse sum spectantem. Tum Inscriptionem Castrensem Lublinensem praefatam, cum omnibus eorum conditionibus, punctis, clausulis, et Articulis, in toto praepetue, cassat, mortificat, obliterat, si et suis posteris, rationem praemissorum praepetuum et eiusdem imponendi silentium,

Porudinski tt Wilkanowski

Coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitalibus Premisliensibus personaliter Comparens, Generosus Petrus Porudenski, recedendo a tuis Actibus 416
Iurisdictionibus ac foro suis quibusvis propriis et competentibus, huic vero iuri et Iurisdictioni praesenti plenarie se incorporavit, meum et corpore sanus exutus, publice ultro recognovit, Quia Nobili Christophoro Wilkanowski et eius successoribus summa Quingentorum florenorum pecuniae communis, mon et numeri in regno currentis, certi veri mutui, atque essentialis debiti tenetur, estque debitus. Qua quidem praenominata summa, inscribit se eidem hinc pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime venturo, totaliter et plenarie dicto persolvere, realique et in effectu, circa officium Actaque praesentia Castrensia Premisliensia in Castro Premisliensi reponere, reposita non ex fideiubere, neque arrestare, sub vadio sitis summae Quingentorum florenorum pecuniae communis mon Polonicalis, Quod vadium in defectu persolutionis summae eiusmodi essentialis pro die et tempore superius in inscriptione assignatis, mox eadem die solutionis praefixae, in summa essentialem et Capitale debitum vigore Mille florenorum pecuniae communis convertetur, Hoc idque vadium cum summa essentiali iuncta, in et super ipsius recognoscentis bonis omnibus, hereditarijs et obligatorijs mobilibus